tionibus velim attribuas.

¶ Esto es a causa de mis occupationes.

Hoc attribuas occupationib⁹. Nec rei magnitudini assi-  
gnes. Ignosce mihi. Miserere temporum.

¶ Ninguna otra cosa me detiene.

¶ Neqz tamen vlla res alia me tenet. Neqz tamen alio impe-  
dioz negotio. Neqz tamen vlla me ratio mouet.

¶ De las otras cosas no puedo afirmar cosa de cierto.

De ceteris rebus nihil affirmare possum. De reliquis ne-  
gotijs certi nihil habeo. De reliquis accessionib⁹ certū quic-  
quā polliceri non possum. Reliquam nullā spem video.

¶ Si yo hallasse algū camino yo haria lo que tu desseas y q̄-  
res.

Si quis mihi esset aditus id quod speras aggrederer. Si  
quam rationem cōperirem: id quod desideras consequi pos-  
se p̄sequerer. Si quam viam perscrutari possem ad id quod  
petis omnia pararem.

¶ No solamente en esto mas avn en todas las otras cosas.

Non solūmodo in hac causa sed etiam in ceteris alijs. neqz  
solum in hoc negocio verū etiā in alijs omnibus. Neqz enim  
in alijs dūtaxat rebus: sed multo magis in ceteris.

¶ El restante no pertenesce nada a ti.

Reliqua nihil attinent. Reliqua nihil te tangunt. Cetera

hij



sunt eiusmodi vt nihil ad rem tuam pertineant.

**E**sto es culpa de la fortuna.

**Excusatio.**

Fortuna culpam sustinet. hec fortune tribuuntur. hec temporibus assignantur.

**P**or ventura dira alguno.

Fortassis dixerit quisquam. Forfan diceret quisquã. Forfan quisquam sciscitaretur. Quereret aliquis fortasse.

**T**u dirias por ventura que el es mancebo o moço mas el es noble y de valor.

Adolescentem inquis at nobilem et prestantem at primarium. Puerum dices at doctum at sapientem et expertum. Iuuenem asseris at amicum at fidum necessarium.

**N**inguno era de mas valor.

Neqz erat quisquam honore superior. Neqz erat alius sapientia prestantior. Neqz reperiebatur aliquis virtute prestantior. Neqz habebatur quisquam rebus gestis illustrior. Neqz erat quisquam auctoritate preclarior.

**P**or ventura que avn diran esto.

Fortasse etiã illud adderent. For te etiã illud adducerent. Fortasse etiã hoc non taceret. Forsitan illud etiã assignaret.

**P**o no te puedo satisfazer sino cõel animo y buena volũtad

Si nihil mihi ad satisfaciendum preter bonam voluntatẽ relictum est. Sed nulla mihi facultas ad remunerãdum preter animum gratissimũ processum est. Sed nullũ mihi officioꝝ gratificandi genus preter ardētissimũ desiderium datũ est.

**Excusatio.**

**N**o es cosa que para liuiana / o por palabras.

Neqz opus est vt ad rem nudus accedas. neqz bona volũtas satis est vt res facultatem desiderat. neqz enim verba satis valent vt negocia presidium requirunt.

**P**erdoname si yo no te he podido escreuir por la fortuna que me ha empedido.

Id velim vt ignoscas quod inuita fortuna facere non po-



57  
tuerim. Id cupio mihi indulgeas quod negante fortuna curare non valuerim. Id obsecro mihi non imponas quod nolente fortuna non perfecerim.

No te maravilles si yo no he hecho o negociado este negocio.

Neque quicquam est quod mireris si hoc non egerim, neque est vlla quod tenearis admiratione si rem hanc non curauerim, neque enim est causa cur in aliqua admiratione sis si hoc negotium non fecerim.

Si alguna desdicha me empidiere.

Nisi hanc michi facultatem aliquis casus eripuerit, nisi hanc occasionem aliquod infortuniū perturbauerit, nisi hanc oportunitatem aliqua iniqua fors immutauerit.

Quando yo tuuiere mayor pujança yo te satisfilare mas largamente los cargos que tengo de ti.

Ad eum in te animū multo officiosiorē atque meliorē cognoscēs cum mihi oblata fuerit comodior tibi satisfaciendi facultas. Quos beneficiorum fructus tibi debeo cū oportunior dabitur potestas: vberiores: prestatiores: cumulatioresque recipies. Ego enim semper omnibus in rebus quas ad te pertinere arbitrabor cum expositam facultatem consequar mirificum tibi comitem demonstrabo.

Es mucho de mirar o de trabajar.

Quanta est opera. Est enim animaduertendū. Est igitur diligenter procurandū. Est igitur vigilanter euitandum. Est enim dies ac noctes elaborandum. Est enim vehemēter insudandum. Propterandum est. Celeritate opus est. Maturitatem res desiderat.

Yo te lo auria mostrado por experiencia si la fortuna no lo ouiesse vedado.

Quod ego clarissime demonstrassem nisi inopinatus casus hoc mihi eripuisset. Quod ego re ipsa probassem nisi fortuna propriū consiliū de manibus extorsisset. Quod ego optime perfecissem nisi fors aduersa officium meum in te turbasset.

Lamentatio aduersae fortune et spei.

b iij



**Tu vees quanto mi esperança me ha faltado.**

Quantum spes fefellerit vides. Quantum de spe decidimus intelligis. Quantum nos spes deluserit prospicis. Quantum spe decepti sumus cognoscis. Quatum frustra sumus apertissime sentis.

**Ninguna esperança tengo del bien dela republica.**

Exigua est spes salutis reipublice. De statu reipublice nullam spem concipio bonam. Nullam habeo exploratam rationem status catonis. Nullam habeo exploratam fidem aduentus catonis.

**Delo que se dize de francia no sabemos cosa cierta.**

Que de bello Gallico audim<sup>9</sup> adhuc sine capite sunt. q̄ de gallia nobis nunciatur adhuc sine certo auctore proferunt. que de gallis dicuntur adhuc sine certo nuncio significatur. que de gallicis bellis nobis deferuntur adhuc solūmodo ex rumore habuimus.

**Esto no es cosa de reyr.**

Nihil est quod rideamus. Sed ego nō rideo quamquam tu rides. Sed ego risu<sup>3</sup> prouocare nō possum si tu risum exhibeas. Sed ego letari nō possum et si tu risu insanire videaris. Sed ego iocari non possum quāuis tu gaudio desipias.

Lamentatio aduersus fortunam et spem deceptam.

**Si esto es verdad no es menester de trabajar mas o no ay remedio.**

Actū est si hec vera sunt. Si hec ita sunt nihil est quod cogitemus. Si hec vera predicantur nihil est quod amplius laboremus. Si hoc ita constat vt fertur non opus est vt deinceps frustra defatigemur.

**Si esto acaesce la cosa andara mal.**

Si hoc ita interuenerit actum esse de spe nostra putem<sup>9</sup>. Si hoc diu interuenerit male futurum est. Si hoc vires ceperit incōmodo subsequetur.

**No es menester que tu te cures de lo hazer.**

Nihil est quod facere gestias. Nihil ē quod curare molias.



ris. Nihil est quod statuere coneris.

La cosa es andada por otra manera que no pensaua.

Res enim aliter acta est quã putaueram. Nõ equidem eius finem fors dedit quẽ speraueram. Longe secus accessio successit quam expectauĩ.

### Lamentatio incõmodorum.

Yo no se en que manera.

Nescio quomodo. Nescio quo pacto. Nescio qua ratione. Nescio qua causa. Nescio quo auspicio. Nescio qua celorum constitutione.

El error y verguença hizieron a Arripino que muriesse.

Arripinus falso errore ductus ad periculum apertissimũ accessit. Arripinus spe falsa productus in pestem ante oculos positam profectus est. Arripinus eius virtutis fama cõpulsus ad interitum palam notum deductus est. Arripinus pudore victus ad mortem omnibus suspectam irruit sponte sua.

### Lamentatio incommodorum.

Muchos se me atreuen por mi humanidad.

Sed quidã hoies mea facilitate imoderate fruũtur. Mihi profecto mea humanitate ingrate nimis vtũtur. Sed pleriqz nimiam de me sibi licentiam assumpserunt.

Si es biẽ que todos seamos para nos mismos o a nuestro prouecho.

Quod si est astuti hominis omnia ad suam vtilitatez referre. Quod si sapientiam ducim⁹ nos solos amare. Quod si laudem dicimus omnia ad rationes nostras cõuertere. Quod si omnia que cõmunia esse debent nostrum cõmodum redũdare curamus.

Si conosciere que lo que hago me sera poco agradescido.

Si mea in homines seruicia profundere ac pdere videoz.

Si mea in homines bñficia ingrata esse intellerero. Si mea apud homines promerita inter moritura esse conspexero.

Si mea apud hoies merita nihil esse valitura cognouero.



**¶** A los que no se agradaran de lo que yo hiziere no los enojare mucho.

Non cōmittā vt quibusdā hominibus isanire videar. Nō homines obtundā si eos opera mea nō delectabit. Nō apud homines deliberabo si eis non placuero. Non frustra laborabo si mea diligentia ingrata videtur.

**¶** Claudio no esta avn alla donde pensava.

Claudio nondum profectus esset quo iam se delatum existimat. Nondum idem Claudius consecutus quod iam prope perfecisse arbitratur. Nondum Claudius illum rerū finē videbit quem iam tenere sibi persuadere videtur.

Lamentatio ingratitude.

**¶** Tu conozces las passiones del mi coraçon.

Hosti mei stomachi fastidiū. Hosti mei animi indignationem. Hosti quod solem ab indignis abhorere.

**¶** Yo puedo beuir sin apio.

Utilitatib⁹ Appij satis carere possum. Commodis Appij leuiter vacare possem. Adiumentis Appij leuiter superfedere possum.

**¶** Es mejor comportar toda cosa que ser sujeto a los indignos o malos.

Sed quid vis est meli⁹ quam indignos sequi debere. Sed omnia vt putas cōmodius est pati q̄ indignis parere. Sed malo cuiusuis seruitutem tolerare: quam hominum perfidorum vultum subire.

**¶** Esto no es mas ligera cosa de dezir que de hazer.

Facile enim dictu est. Hoc est facile existimatu. Hoc enim facilius est dictu quam facto.

**¶** Yo no te otorgo a questo.

Hoc tibi non concedo. Hoc tibi non assentior. Hoc ita esse non sentio. Id enī iure negare possum. Id falsum esse possum confirmare.

**¶** Esto no paresce cosa verdadera.

Neq̄ enim hoc est verisimile. Nec hoc videtur esse consen-



59  
taneū. Neq̄ hoc videtur esse probabile. Hoc enim vanum esse cōstat. Hoc enim totū falsum est. Tantum enim hoc abest a veritate vt nihil sit alienum.

### Lamentatio ingratitude.

¶ Yo no lo puedo creer.

Non enim possum credere non existimare. Nulla quidem ratione in mentem mihi venire potest. Nō enim possum alio modo mihi persuadere. Nō enim possum abduci operi. Hoc enim mihi in mentem cadere non valeret.

¶ Esta razon vale poco.

Sed hec ratio leuis est. Sed hec excusatio accipienda nō est. Sed hec causa tenuis est. Sed hec res parum probabilis est. Sed hec sentētia tenuis est. Sed hec conclusio nulla est.

¶ Mas esta razon no es menester.

Sed hac rōne nihil opus est. S; hoc negociū nō est nobis necessariū. Sed hunc sermonē idoneū nō putam⁹. Sed hac disputatione nō egimus. Sed hoc genere vtī nobis nō licet.

¶ Las fuerças fallecen.

Vires deficiūt. Membra cadūt. Anim⁹ lāguet. Anim⁹ p̄trahit. Ladit anim⁹. Vires enervātur. Facultates minuūtur.

### ¶ Reprehensio mendacij.

¶ Tu no sabes bien con quien traes pleyto.

Nescis enim quocū homine tibi negocium sit. Ignoras q̄ de cui tu hoim p̄tradicas. Nō enī recte nosti quē oppugnas.

### ¶ Reprehensio indigne iniquitatis.

¶ Los hombres imbidiosos ⁊ maldizientes no han bien conocido a gasparino.

Totum enī gasparinū non nouerunt detrahentes. Quē equidem gasparini virtutes non tenuerunt inuidi homines. Omnia facto gasparini officia non didicerunt.

¶ Yo soy venido en boca de los imbidiosos ⁊ maldizeintes.

Incidi mea vita in voculas maledicorum. Sed cotingit meus status in detractionē malorū. Sed euenit mea fors in petulantia inuidorū. Sed hac quidem conditione nat⁹ sum.



vt facile detractores inueniam.

**¶** Qui se delectat en dezir mal d' otros / o yza lo semejate d' si.

Qui detractationib<sup>9</sup> delectatur facile comparant qui pa-  
rem sibi vicem referat. Qui malo dicendi genere letatur mu-  
tuam gratiam recipient.

**¶** Muchos reprehendē a otros los quales estan en grande  
vicio y error.

Sunt enim multi qui cum ceteros corripunt non repre-  
hensione carent. Pleriq<sup>3</sup> existunt profecto qui ceteros laces-  
sere non desinunt ipsi admonitione plurimum indigent. Cō-  
plures equidem ceteris detrahunt qui sunt turpibus vitijs  
ac abominandis sceleribus coinquinati.

Reprehensio indigne iniquitatis.

**¶** Muchos son ignorantes en sus hechos z q̄eren saber los  
agenos.

Multi sunt qui suas rationes non nouerūt. z alienas ine-  
pte curant. Pleriq<sup>3</sup> existunt qui suas causas nō satis cogno-  
scunt z in alienis moleste se implicant. Per multi reperiun-  
tur qui seipso non cognosunt z alienos arguunt.

**¶** Si los hombres no me ouiesse inuiriado yo no mudara  
mi proposito y voluntad.

Et nisi hoīes acerbissimis eorum iniurijs nos alienassent  
nos profecto non essemus immutati. Nisi homines intolle-  
rabilibus iniurijs nos lacesissent in pristina profecto sentē-  
tia stetissem<sup>9</sup>. Nisi fuisset ab aliquibus cū minime opus  
fuerat derelicti pristinam voluntatem retinuissemus.

**¶** Si los hombres fuessen agradescidos z buenos no esta-  
riamos en trabajo z fatiga.

Si fides ab his coleretur a quibus obseruari deberet: nul-  
lo quidem labore defatigaremur. Si ab his adiuti essemus a  
quibus debemus non moleste laboraremus. Nisi ab his de-  
iecti fuisset a quib<sup>9</sup> minime opus fuerat oīno q̄ desidera-  
mus essemus consecuti. Hec enī fuissent facillima si culpa a  
quibusdam abfuisset. Hec iam perfecta fuissent si esset in his



beneficiorum memoria in quibus maxime esse deberet.

Lamentatio iniquitatis malorum.

¶ Si nuestros aduersarios no nos impiden nos alcançarem: o conseguiremos nuestra intencion.

Si aduersarij rem non impedirent causam nostram obtineremus. nisi inimici nobis fuerint. impedimeto: re nostrã impetrabimus. nisi res per aduersarios fuerit impedita facile qđ volumus cōsequemur. nisi inuidi rem perturbarint ad id qđ optamus facilliter perueniemus.

Lamentatio iniquitatis malorum.

¶ Nos tenemos muchos aduersarios y enemigos en nuestros negocios.

In causa nostra habemus potentes inimicos. In reb<sup>9</sup> nostris habemus perfidos nobis aduersarios. In nostro negocio habemus nobis auaros infestos. In nostra dignitate habemus complures nobis contrarios.

¶ Tu conozces la malicia de los hombres.

Sed nosti hominum iniquitatem. Sed intelligis quanta sit hominum perfidia atq; iniquitas. Sed iam didicisti quante sint hominum prodiones voluptates: verum prosperisti quante inter homines versantur insidie.

Lamentatio iniquitatis.

¶ Yo creo que tu sabes el impedimento q̄ nos auemos auido: o nos ha venido.

Que nobis impedimento fuerunt arbitror te suspicari. q̄ nobis impedierūt existimo te cognoscere. que nobis nocuerūt te credo aiauertere. q̄ nobis difficultatē attulerūt te scire arbitror. que rem nobis pturbarūt te fugere nō existimo.

¶ Esto me turba o me fatiga.

Istud me mouet. Istud me turbat. Istud me sollicitat. Istud me incendit. Istud me exagitat. Istud me inflāmat.

¶ Que es menester que algunos me persiguā: o porque me han de mal tratar?

Quid enim est quod me persequantur? Quid enī est qđ



mibi detrahant? Quid enim est quod mibi obesse studeant?  
Quid enim est quod me perturbant? Quid enim est quod me  
impediant? Quid enim est quod me lacestant? Quid enim est  
quod mibi incōmodent? Quid enim est quod me molestēt?  
Quid enim est quod iniurijs me afficiant?

¶ Yo no puedo resistir alas fuerças sin fuerça.

Quid est enī quod cōtravim sine vi fieri possit? Quid est enī  
quod contra vires sine viribus conari quisquam posset?

Lamentatio iniquitatis malorum.

¶ La iniuria en hecho es pequeña; mas la indignacion es  
grande.

Offensio parua est sed animi idignatio maxima. Amissio re  
rum exigua est sed stomachi perturbatio acerrima. Factura  
tenuis extitit sed animi excandescencia summa.

¶ Perdona me que yo me quero con iusta razon.

Ignosce iracūdie mee que iusta est. Parce meis querelis  
que iuste quidem habētur. Da veniā mibi de perfidorum p  
fidia conquerenti. Patiaris me contra iniquos iure incan  
descendentem.

La tu grande humanidad haze que yo diga sin empacho  
mi parescer o lo que siento.

Adhuc patitur tua summa humanitas me quod sentiam  
libere dicere. Adhuc patitur tua maxima sapientia quod mi  
hi libet in medium adducere. Adhuc patitur tua optima be  
nivolentia me liberaliter tecum expugnare posse.

¶ A mi me paresce que yo no trate jamas cosa mas difícil.

Nunquam enim video tractasse causam difficiliorē. Nū  
quam profecto rem molestiorem sustinuisse video. Nūquā  
certe negocium intractabilius me egisse constat.

Lamentatio iniquitatis malorum.

Tu diras porventura que me consuelan: o me aprouechā  
estas cosas en tantos males.

Dices fortasse quid me res ista cōsolatur in tantis malis.

Dices quid mibi ista cōducent in tantis incōmodis. Dices



61  
quid me ista iuuabunt in tantis tribulationibus. Dices; quid me ista sustentabunt in tantis calamitatibus.

Este es vn dolor sin remedio.

Est oino vix consolabilis dolor. Est penitus quasi intolera-  
rabilis molestia. Est omnino ferme irrecuperabilis iactura.

Yo no puedo escreuir lo restante con el gran dolor.

Non possum reliqua scribere dolore impeditus. Non pos-  
sum cetera dicere iracundia perturbatus. Non valeo reliqua  
prosequi molestia confectus.

Que pienzas que yo te aya escrito?

Quid eni me tibi scripsisse existimas? quid meas litteras  
significare putas? quid est quod meas litteras verearis?

Yo no auria jamas pensado esto.

Ego hec nunq̄ fuissem suspicatus. Ego hec nunq̄ posse ac-  
cidere existimaui. Hoc ego nunq̄ euenire cogitassem. Hoc  
enim nunquam mihi in mentem venisset.

Lamentatio ignorantie.

Tu solo no vees las cosas manifestas y claras a todo ho-  
bre.

Quid tu solus aperta non vides? Quid tu ex omnibus q̄  
iam contraria sunt non cognoscis? Quid tu vnicus que om-  
nibus clarissima sunt non intelligis?

Alpio ha conseguido o alcanzado dignidad sin virtud.

Que apius consecutus est honorum vocabula habitura  
sunt non dignitatis insignia. Multi insignia dignitatis sine  
virtutibus assecuti sunt. Complures in magistratibus dicti  
sunt prestantes quorum nemo habitus est officiosus.

Porque sere yo diligente en aquellas cosas en las quales  
son negligentes aquellos a quien principalmete pertenesce  
el hecho o el negocio?

Quid ego in ea causa iuigilem in qua is cuius precipua res  
agitur obdormiat? quid enim in his reb⁹ me ostente in qui-  
bus hij ad quos potissimum pertinent negligetes existunt?  
quid enim in his ronibus me excrucie in quibus illi quorum







62  
¶ Prohemium pro synonymis conclusionum que sequuntur.

Conclusio.



¶ In vel epistolas vel orationes mihi eloquentissime  
Joanes aut litteris mandam<sup>9</sup> aut viuis ver-  
bis agimus cum eas exordio: narratione: con-  
firmatione ac confutatione confecerim<sup>9</sup>: con-  
sequens ac necessarium sequi videtur vt no-  
stre propositioni conclusionem apponamus.

vt cum res que a nobis acte fuerunt rhetorice orationis par-  
tibus confecte constant. Nihil quod ad persuadendum perti-  
neat pretermisum esse videatur. Quam rem cum ita consta-  
re viderem nolui in hoc modico deficere. Quia etiam has mo-  
dicas conclusiones inuentiones ceteris superioribus oratio-  
nis partibus adiungerem. Cum igitur aliquid concludere  
volueris si accuratissime consideraueris: aut in ipsis facillime  
tibi comparare poteris.

¶ Ama me putes conozces que yo te amo.

Tu igitur me amabis si hoc idem me in te facere existimes.  
Tu igitur mihi in seruias si mutuam me tibi vicem prestituram  
arbitreris. Tu igitur me complecteris si in eandem beniuolen-  
tie vicissitudinem me tibi correspondere putes.

¶ Yo querria si es possibile que tu me amasses como sueles.

Si poteris velim me ames vt soles. Si adduci poteris cu-  
pio vt mutuo me diligas. Si fieri possit velim tuum pristinum  
erga me amorem conserues. Si effici poterit cupio vt solita no-  
stre beniuolentie coniunctio integra conseruetur.

¶ Ten conmigo a qual amor que yo contigo tengo.

Fac igitur mutuo me diligas. Eadem igitur fac me beniuolen-  
tia complectaris. Parum igitur fac mihi voluntatem prestes.

¶ Seamos de aquel animo et voluntate que nos otros auemos  
siempre estado.

¶ Igitur inter nos simus animo quo semper fuimus. Simus  
igitur ea mente qua semper constituimus. Persistamus igitur  
voluntate qua merito esse debemus.



### Partitio mutui amoris.

**H**as que tu me fauorezcas como me as prometido.

Tu igitur sicut mihi pollicitus es fac te rationibus meis adiungas. Tu igitur ut mihi promisisti prospicere quod a te contendendo. Tu igitur sicuti de me recepisti te mihi accommodes.

**P**ro quæritia quæ tu mātouiesse a quo quæ me as prometido.

Velim igitur quod mihi pollicitus es persoluas. Quod promisisti velim tua fide satisfacias. Quam mihi spem dedisti velim re ipsa mihi prestes. Fac igitur quod es mihi pollicitus re ipsa expiar. Fac igitur ut mihi dixisti ita opus appareat. Fac igitur ut mihi amanter demonstrasti ita fac te constare intelligam.

**H**as que tu me quieras tanto como escriues.

Tu igitur ut scribis me charissimum habeas. Tu igitur velim ut dicis me tibi coniunctissimum retineas. Tu igitur velim ut polliceris me re tua reponas.

### Petitio promissorum.

**D**espues que yo me he encomendado en la tu amistad tu me deues fauorescer.

Quonia igitur ego in amicitia tua me commisi me ergo exornare atque exaugere debes. Quonia igitur iustitie tue me dedi ergo rationibus meis iure ipso opitulari debes.

**P**ro te ruego quæ ayas mis hechos por recomendados.

Te igitur peto ut rationes meas commendatas habeas. A te igitur contendo ut statum meum complectaris. A te igitur hoc desidero ut fortunas meas tibi assummas obseruandas.

**H**as me pues esta gracia. o haz esto por mi amor.

Hoc igitur nostre beniuolentie largire. Hoc igitur nostre beniuolentie concedas. Hoc igitur nostre conditioni fac concedas. Hoc igitur nostre affinitati fac remittas. Hoc igitur prisce nostre consuetudini prestare debes.

Ayuda me pues por tu virtud.

Adiuua me tua virtute Complectere igitur me tua sapientia. Suscipe igitur me totum tuis beneficiis exornandum. Ama



63  
me igitur tua solita beniuolentia. Defende me igitur tuo solito patrociniio.

¶ Yo te ruego pues q̄ tu me quieras defender z fauorescer como requiere la nuestra amistad.

Te igitur oro vt me ita tuearis sicuti amicitia nostra depostulat. Te igitur obsecro vt meas rationes ita defendas sicuti nostra necessitudo requirit. Te igitur obtestor vt me ita conserues sicut amor noster iubere videtur.

Deprecatio auxiliij.

¶ Yo te ruego pues que tu me defiendas.

Quare te oro causam meã agas. Quare te obsecro vt me tibi in omnes partes defendendũ putes. Quare a te contendo vt me totum conseruandum recipias.

¶ Yo te ruego pues q̄ tu fauorezcas la mi dignidad.

A te igitur peto vt dignitati mee suffrageris. A te postulo vt honori meo opituleris. A te igitur efflagito vt auctoritati mee i seruias. A te igitur confugio vt rōnibus meis te accōmodes.

Deprecatio auxiliij.

¶ Yo te ruego grauissimamente: o muy mucho.

Itaqz te etiã atqz etiã rogo. Itaqz vehemētissime obsecro. Itaqz plurimũ obtestor. Itaqz maximopere contendo.

¶ Yo demando la tu beniuolentia z auctoridad.

Beniuolentiã igitur z liberalitatẽ a te opto. Gratiã igitur z officium tuum a te desidero. Auctoritatem igitur z voluntatẽ tuam a te deponco.

¶ Esto es en tu poder de hazer q̄ yo aya aquello que desseo.

Est enim in tua potestate id agere vt qd̄ maximopere desiderem faciliter impetrare possim. Est igitur tue facultatis curare posse vt quod vehementer exopto plurimum consequi valeam. Est igitur tue voluntatis omnia posse proficere que cupiam.

¶ Yo te ruego q̄ la esperança que yo en ti tengo no sea vana.

Rogo igitur ne fallas opinionem meã. Te igitur obsecro ne spẽ meã decipias. Te igitur oro ne spes mea frustrata maneat.



**¶** Porras gran diligencia por mi.

Adagnā igitur pro causa mea operam fac adhibeas. Sū-  
mum igitur p meo negotio fac studiū addas. Vehementer  
igitur rationibus meis diligentiam fac adiungas.

**¶** Yo quiero que tu sepas.

Velim igitur intelligas. Velim igitur ratū habeas. Velim  
igitur tibi persuadeas. Velim igitur exploratum teneas.

Deprecatio auxili.

**¶** Si yo alcanço esta cosa me parecera q̄ sere restituído a mi  
mesmo: o que aurre alcançado la cosa q̄ mas desseaua.

Ego deniq̄ meipsuz mihi videbor restitutū si rē hanc asse  
qui valebo. Si igitur hoc meū a te negociū conficitur omnia  
profecto videbor consecutus. Si igitur hoc feceris existima  
bo mihi quod maximopere desiderauerim contigisse.

**¶** Yo me recomiendo a ti.

Totum igitur me tibi trado. Totū igitur me tue fidei co-  
mendabo. Totum igitur fac me complectaris.

**¶** Yo tengo toda mi esperanza en ti.

Nunc reliqua spes mea in te posita est. Nunc me totū tue  
commendo fidei. Nūc alio nemine quam te ipso sperare licet.  
Nunc omnis spes in te solo dependet.

**¶** Si tu hizieres esto ello me sera gratissimo o cosa mucho a-  
legre.

Si effeceris magnū profecto fructū videbor recepisse. Qd̄  
si feceris voluntati mee maximopere obtemperaueris. Gra-  
tissimū igitur mihi feceris si in hac re morem mihi gesseris.

**¶** Yo te ruego esto. &c.

Illud tandem te oro. Illud deniq̄ te obsecro. Illud fina-  
liter obtestor. Illud postremo a te contendo.

**¶** Trabaja que sea guardada mi honrra.

Da igitur operā vt ratio mee dignitatis obseruet. Amici-  
tie igitur nostre velis habere rationem.

**¶** La honrra que hizieres a Guasparino hare cuenta que la  
hazes a mi mismo.



64

Quaecunq; igitur officia in Guasparinum contuleris: ea oia  
meipsum recepisse putabo. Te existimare volo quibuscunq;  
Guasparinum obstrinxeris officijs: eisdem me tibi obligatū  
semper fore. Quicquid igitur officij & honoris in Guaspa.  
constitueris id ipsum in re mea te cōstituisse existimabo. Hoc  
igitur si a te impetrauero summo me tibi bñficio tuo affectū  
arbitrabor. Quantam igitur diligētīā in guasparini causam  
exposueris tanti me a te viri iudicabo.

**Deprecatio auxiliij.**

**¶** Esto es prouehoso a ti & ami si tu lo hizieres.

Hoc igitur vt facias non solum mea sed tua interesse arbi-  
tro. Hoc ergo vt cures omnis equidem cōmoditas depo-  
stulat. Hoc igitur si feceris cōmuni cōmodo in serues.

**Deprecatio gratie cōmunis.**

**¶** Si tu hizieres a q̄llo que yo desseo yo te iuzgare por buen  
amigo.

Si igitur quod volo statueris te mei status amatorem exi-  
stimabo. Si ergo quod cupio perfeceris te mihi amicissimus  
iudicabo. Si itaq; quod a te peto curaueris te cōmoditatis  
mee studiosissimum esse cognoscam.

**¶** Porque razon si me tienes por hombre agradecido.

Quare si me virū bonū existimas. Quāobrem si me virū  
gratum esse credis. Quas ob res si me tuis beneficijs dignū  
esse iudices. Quapropter si p̄ hac re vehementer elaborare  
prospicis.

**¶** Tu me has esta gracia / o sobre todo te ruego mucho ha-  
gas esto.

Hec igit̄ tibi erūt cure quēadmodū p̄fido. Ex oib; igit̄ re-  
bus nihil est qđ mihi grati; facere possis. Hoc igit̄ vt quāpri-  
mum facias valde rogo. Hoc igitur vt spero perficias.

**¶** Dexaras estar toda otra cosa por hazer mi negocio.

Oia igitur reliques cū res mea auxilium tuū postulabit.  
Cetera alia p̄termittes cū negociū meū opa tua idigebit. Ni-  
hil igit̄ aliud curabis cū tibi causam meā curare contingit.



Deprecatio auxiliij.

Tu no podrias creer quanto esto me sera alegre.

Non posses existimare quam mihi gratum sit futurum. Non tibi persuadere valeres quam iocundum fore putes. Non facile credere posses quam mihi hoc erit acceptum.

¶ Si tu me habes esta merced.

Quod si hoc mihi beneficiū effeceris. Quod si hoc me beneficio exornaueris. Quod si hoc in me beneficiū cōtuleris. Quod si in hoc mihi adiumento esse volueris. Quod si me adiuueris. Quod si te mihi facillimum ostenderis. Quod si ex hijs me molestijs exueris.

¶ En lo qual me haras muy gran plazer.

Quare rem mihi admodum gratam effeceris. Quapropter gratissimū mihi effeceris. Rem igitur mihi feceris quā gratissimam. Mihi igitur erit quam iocūdum. Rem igitur mihi acceptam persolueris. Rem igitur aptissimam prestiteris.

¶ Lo qual si tu hizieres.

Quod si feceris. Quod si erit factu. Quod si erit a te pfectum.

¶ Haras tanto por mi como si la cosa fuesse tuya.

Pro me igitur ita elaborabis tanq̄ si tua res agat. Fac igitur causam meam suscipias vt si tuum negocium tractares.

¶ Non minori igitur cura rationes meas complectere quā si propriam dignitatem curares.

¶ Si esto yo pudiesse alcançar tener me ya por biēauenturado.

Quem ego diem si video satis felicē arbitrabor. Quā ego rē si perfectā esse conspexero me fortunatū existimabo. Quā ego accessionē si tandē cōsequar optime actum esse putabo.

Deprecatio gratie cōmunis.

¶ Yo hare por ti toda cosa que a ti cumpla.

Ego que te velle queq; ad te pertinere arbitrabor omnia studiosissime diligenter curabo. De me sic velim iudices salutū tue presto me semper futurum. Ego tibi actuis non desum neq; defuturus sum.



65  
Yo hare aquello que tu me mandas o pides.  
Faciam quod me rogas. Faciam igitur quod petisti. Perficiam ergo quod iussisti.

Obligatio promissionis diligentie et beneficij.

Assilo hare como lo mandas.

Ita vt mones efficiam. Itaq; vt precipis agam. Itaq; vt suades faciam. Itaq; vt consulis pergam.

Lo qual pues que tu lo quieres ansi lo hare por tu amor.

Quod cum tu ita vis tuo igitur amore perficiam. Quod cum ita iubes tua igitur causa curabo. Quod cum ita placet faciam igitur desiderio tuo quod voles.

Si tu quieres alguna cosa de mi yo hare que no lo pidas en vano.

Si quid igitur a me petieris perficiam ne tu frustra a me petisse videaris. Si quid igitur a me voles faciam ne postulatio tua inanis habeatur. Si quid igitur a me desiderabis curabo ne tua in me spes frustra videatur.

Recordadome de la nra antigua amistad yo te fauorefcere

Ego igitur memoria nre veteris amicitie monitus te semper amabo. Ego igitur tua virtute perdoctus tibi semper fauebo. Ego itaq; tua in me obseruantia et modestia moneor tuas rationes libentissime tueri.

Obligatio promissionis diligentie et beneficij.

El animo mio sera siempre qual deue ser / o la voluntad q tengo contigo jamas la perdere.

Deus igitur in te animus erit semper qui esse debet. Deus igitur officium semper futurum est idem quod esse solet. Deus igitur in te amandi institutio eadem semper conseruabitur q merito constare debet.

Yo estoy muy aparejado.

Itaq; sum animo paratus. Itaq; sum voluntate promptus.

Itaq; sum re et opere expeditus.

Toda cosa que yo por ti hiziere me sera muy alegre.

Omnia igitur que pro te faciam mihi iocundissima videantur.



būtur. Quaecūq; igitur pro te suscipiam erunt mihi gratissima. Que igitur pro te sustinebo erunt mihi delectabilia.

**E**yo porne todo mi poder por ti.

Quaecūq; igitur facultas erit mihi arbitrio tuo semper disponetur. Dis igitur mea potestas pro sententia tua expone-  
tur. Quātum igitur in me est id totū erit tibi paratissimum.

**E**l negocio q̄ tu as recomēdado yo tengo por mio pprio.

Quod causam tuā mihi cōmendas: meā puto te mihi cō-  
mendare. Quod res tuas mihi p̄plectēdas cōmiseris: meas  
esse existimo. Quod dignitatem tuam a me curari velis meā  
simul curaturus sum.

Obligatio promissionis ⁊ beneficiorum.

**E**finalmēte yo soy de aquesta deliberacion o intencion.

Hoc deniq; deliberavi. Hac tādē sum volūtate. Hac sum  
finali opinione. Hac sum postrema estimatione. Hac deniq;  
sum deliberatione.

**E**vn que no he alcãçado lo que querria no me pesa delo que  
he hecho o tentado.

Et si nihil profecero rem tamen esse tēptatā letabor. Et  
quamq; nihil impetrē fortunam tamē me expertū fuisse gau-  
debo. Et si fortasse nihil fuero consecutus: placebit tamē re-  
rum conditionem perscrutatū fuisse. Tametsi frustra labo-  
rauerō mozem tibi gesserō dum hominum voluntates atq;  
mores expertus fuero.

**E**mas nos pueremos a questas cosas o ternemos cargo.

Verū hec videbimus. Verū ista curabimus. Sed hoc age-  
mus. Verum de hoc deliberabimus. Eterum hoc tractabi-  
mus. Verum hoc transigemus.

**E**que da que nosotros hablemos en vno personalmente.

Restat igitur vt coram sermonem habeamus. Reliquū est  
igitur vt vna esse velimus. Extremum illud est vt vna delibe-  
remus. Summa illa sit vt nos simul conueniamus. Caput il-  
lud maneat vt nobis presentibus vna cōmentemur.

**E**Las otras cosas que restan os dira el portador.



Reliqua tecū aget tabellariū. Cetera per tabellariū co-  
gnosces. Alia omnia tibi nūcius significabit. Si qua restam  
ex aliorum sermonibus certior fies.

Significatio diligentie.

Yo desseo que la cosa te suceda bien.

Tu qđ agere velis de? approbet. Tu qđ pstitueris exopto  
vt tibi bñ vertat. Tu quid feceris cupio tibi feliciter euenire.

Desiderium utilitatis amicorum.

Querria me heziesses sabidor de aq̄llo que has de hazer.

Uelim igitur quid acturus sis me certiorē facias. Uelim  
igitur quid cōstituturus sis me admonitū facias. Uelim igitur  
quid moliturus sis mihi significes. Uelim quod cōsiliū sis in-  
cepturus mihi denuncies. His igitur de rebus quid delibe-  
raturus sis fac me doceas. De his igitur negotiis quid sis ordi-  
naturus: fac vt sciam. Hac igitur de re quid te facturū putes  
fac mihi notifices.

Yo he plazer que la cosa va ansi.

Itaq; sic rē gestā esse gaudeo. Itaq; negotiū ita esse cōfe-  
ctū valde letor. Itaq; factū nrm ita approbatum iocundor.

La cosa fue ansi hasta aqui.

Res igitur ante hoc acta sic est. Negotium adhuc sic se ha-  
bet. Hoc est quod factū est. Tenes igitur quo nā pacto res  
gesta sit. His ergo reb? certior factus tenes qđ agendū sit.

Que igitur acta sunt vides. Que igitur cōstituta sunt collige.

Tu cognosces a quello que yo he hecho.

Nunc a me que acta sunt clarissime satis intelliges. Nunc q̄  
sunt a me cōstituta tenes. Nūc quid egerim cognoscis. Nūc  
quid decreuerim prospicis. Nūc quid constituerim vides.  
Nūc quid acturus sum accipis.

Tu as entendido el mi consejo ⁊ la mi opinion.

Habes igitur meū consiliū. Habes quid agerem. Tenes  
igitur rationem mei consilij. Intelliges igitur summā meam  
Prospicis igitur que mea sit institutio.

Admonitio cognitionis.



Tu as entendido que cosa me ha induzido a querer mal a Clodio.

Accepisti quibus rebus adductus sum vt cū Clodio bellum susceperim. Intellexisti qua causa cōmotus sum vt Clodiuū perpetuo odiā. Elides ergo que me causa mouet vt Clodij inimicissimus esse debeam. Tertioz igit factus es que iniurie me a Clodio ab alienarunt.

¶ Mas como te escreui vn poco antes.

¶ Ut paulo ante tibi dixi. Sed vt ad te scripsi ante. Sed vt antea tibi significauī. Sed vt antea admonui. Sed vt antea tibi declarauī.

¶ Las otras cosas otros te las diran.

¶ Cetera cognosces ex alijs. Que igitur sequuntur alijs tibi significabūt. Quamobrem Sempromius explicabit. De ceteris rebus ex rumoribus certioz fies.

¶ Queda pues o asi que resta.

¶ Caput igitur hoc est. Restat igitur. Reliquum est igitur. Cetera sunt igitur.

¶ Por lo qual pues que ansies.

¶ Quare quod reliquuz est. Quod cum ita sit. Que res cū ita cōstent. Quod quādo assecuti sum⁹. Reliquū est. Quid ita est. Adeo igitur petitiōis caput hoc est. Cum igitur ita sit. Itaqz videas. Ergo ita accidit. Igitur cognoscere potes.

¶ Admonitio cognitionis.

¶ Las quales cosas si tu las mirasses/hallaras que son como yo digo.

¶ Que oia si colligeres vera esse existimabis. Que omnia si animaduertis recta esse conspicias. Que omnia si ponderabis ita vt dixi constare videbis. Que omnia si memineris me vera predicare iudicabis.

¶ Mas porque yo torne al proposito/o porque tornemos al comienço.

¶ Sed vt eodem reuertar. Sed vt redeamus ad illud vnde diuertimus. Sed vt redeā ad id vnde cepi. Sed vt redeā ad ca



put ipsum. Sed vt ad rem ipsam reuertar.

**P**or lo q̄tescrita esta sola cosa p̄cluyre / o no escriuire mas  
Quare si hoc vnum proposuero finē dicendī faciā. Quare  
si hoc aliud addidero cōcludam. Quare si hoc vnum edixe-  
ro scribendi modum imponam.

**Admonitio cognitionis.**

**E**s menester se amor z diligēcia.

Fide igiŕ z celeritate op⁹ est. Amore igitur z diligētiā res  
depostulat. Voluntatē igitur z maturitatē necessitas req̄rit.

**P**ues auemos hablado delas malicias d̄los hombres es  
menester que siempre las tengamos en la memoria.

Et quoniā de hominis perfidia agere cepimus: illud cōti-  
nuo memento te. Et quoniā de maloz iniquitate tractam⁹:  
illud sedulo considerabis. Et quoniā de hominū sceleribus  
mentionem fecimus illud semper cogitare debemus.

**R**ecuerdate de esto / o ternas cargo de esto.

**H**oc igitur memento. **H**oc igitur sit tibi cure. **H**oc igitur  
curabis. **H**oc igitur semper recordare. **H**oc igitur sedulo in  
mentē habeas. **H**oc igiŕ semp̄ aīo cōplectere. **T**eneas igiŕ se  
dulo memorie

**Admonitio consilij.**

**F**inalmente piensa esto.

Deniqz illud cogita. Tandem illud existima. Postremo  
illud animaduerte. Finaliter illud considera.

**C**ōsidera bien pues dela vna parte y dela otra el tu' hecho

Considera nunc vicissim tuum factum. Aduerte nunc in  
diem rationes tuas. Glide nunc pariter statū tuum Cogita  
nunc vltro citroqz accessiones vtriusqz partis.

**P**ienza diligentemente que consejo deuenos seguir.

Acuratissime igitur tecum delibera que consultandi insti-  
tutio sit recipienda. Non cessabis igitur tecum peruoluere  
que agendī ratio sit nobis obseruanda.

**T**u lo haras mejor.

Facies itaqz meli⁹. ages itaqz p̄modi⁹. curabis itaqz prudē-  
ti⁹. desiderabis itaqz sapienti⁹. cōstitues itaqz p̄babilius.



**E**stas son las cosas las quales yo te querria hazer saber.  
Hec igitur sunt que tibi nota esse volui. Hec igitur constant  
q̄ te scire oportere arbitrat<sup>9</sup> sum. Hec igitur sunt q̄ te scire desi-  
derabā. Admonitio consilij.

**P**or estas razones que te he dicho tu deues hazer a quel-  
lo que te aconsejo.

**D**ibus his de causis debes quod dixi obseruare. His igitur  
de rebus oibus debes mihi obtēperare. His igitur rationibus  
sententie mee debes acquiescere. His igitur rationibus sen-  
tentie conditionibus debes mihi acquiescere.

**A**gora haz aquello que te plazera.

**N**unc quid tibi videtur facies. Nunc ex sentētia quod vo-  
les constitues. Nunc tui consilij est quid tibi agendū sit. Nūc  
tenes qđ debes cōstituere. Nūc tuū factum considera. Nūc  
tu ex rebus ⁊ ex ratione ceterarum coniecturaz quid cōmo-  
de fieri possit curabis. Nunc tu pro tua prudentia quod bo-  
num videbitur perficies.

**P**ues si tu hizieres a quello que te aconsejo.

**S**i igitur me audies. Si igitur mihi obtemperabis. Si igi-  
tur morē mihi gesseris. Si igitur mihi credere volueris.

**P**o he vsado nueuo modo de dezir porque tu entiendas.  
Hoc dicendi genere ad te vsus sum vt intelligeres. Alia scri-  
bendi ratione in declarando factū vsus sum vt cognosceres.  
Inusitato cōmentandi modo tecū egi vt scires.

**H**az que tu seas constante en el buen proposito.

**F**ac igitur in consilio te audias. Fac igitur constanti ani-  
mo persistas. Noli igitur ab inceptis desistere. Fac igitur in  
volūtate pmaneas. Fac igitur ne quisquā ab officio te auferat.

Admonitio consilij.

**T**u conozces q̄ todas estas cosas son vanas.

**C**ognoscis igitur hec oia esse iania. Tenes igitur hec esse  
ieiuna. Habes igitur hec esse vana. Intelligis igitur hec oia  
non valere. Perspicis igitur hec vim nullā habere.

**P**o priuado de muchos prouechos y socorros no puedo



68  
estar que no aya dolor.

Itaqz priuatus per magnis presidijis cogor debere dolere. Itaqz orbatus amplissimis adiuuentis astringor merito excruciarí.

¶ Finalmente yo esto agora sin cuydado z enojo.

Deniqz nunc sollicitus non sum. Deniqz nunc molestijs liber sum. Deniqz nunc ex curis sublatus sum. Deniqz nunc sum laboribus subleuatus.

Significatio doloris z reprehensionis.

¶ Yo te espero de cada día.

Expecto igit te quã primũ. Te igit in dies opior. Venies igit mihi expectat? Nõ potes existimare q̃tope te desiderẽ.

Significatio desiderij.

¶ Yo espero tus cartas de cada día.

Expecto igitur tuas lras. Operior igitur vt tue mihi lre in dies defferant. Tuas igitur litteras summa cũ auuiditate desidero. Incredible me tenet desiderijũ videndi tuas litteras. Lupio igitur tuas lras quã primũ videre. Summa igitur te neoz voluptate tuas complectendi litteras.

¶ Escreuid me muchas vezes.

Fac igitur sepe mihi scribas. Fac igit aliquo me tuo scripto laceffas. Fac igitur vt tuis me litteris sepenumero visites. Fac igitur vt crebre tue littere ad me deferantur. Fac igitur mihi litteris correspondeas. Fac igit vt sepissime p tuas litteras mecũ agas. Fac igitur vt tuis litteris intercedentibus de estatu tuo fiam creberrime certior.

Significatio desiderij.

Haz que tengas tãto animo y coraçon que cõserues el estado dela republica.

Proinde fac animum tantum habeas quantũ opus est ad rempublicam conseruandam. Proinde fac tanta sit in te virilitas que satis valeat vt cõmunis status cõseruetur. Proinde fac perseueres vt tui animi prestantia vniuersis ciuibus salutem pareat.



**H**az que tengas grande animo y coraçon.

**T**u fac animo forti magnoq3 sis. **T**u fac animum fortē ha  
beas. **T**u fac te tua virtute sustētes. **T**u bono fac sis animo.

**N**o bagas hasta q̄ sepas como esta el negocio dela guerra.

**N**oli igit̄ aliud moliri nisi belli furor prius efferuescit. **N**ō  
igitur aliquid coneris nisi prius belli rumor raucus fact⁹ sit.  
**N**oli igitur quicquā temptare nisi prius audiamus quēad-  
modum negocium sit confectum.

**A**dhortatio ad magnitudinem animi.

**P**ues yo te ruego q̄ tu des obra ala virtud o te des mu-  
cho a la virtud.

**I**taq3 te valde hortor vt virtutibus incūbas. **I**taq3 vehe-  
menter obsecro vt virtutibus inuigiles. **I**taq3 a te vehemen-  
tissime cōtendo vt virtutes summo studio cōplectaris. **I**ta-  
q3 non hortor solū sed etiā te vehemētissime rogo vt summā  
virtutib⁹ operā diligentiaq3 adhibeas. **L**ura igit̄ nihil aliud  
nisi vt virtutibus inuigiles. **A**ge igitur hoc vnum vt virtu-  
tes cōplectaris. **I**n hoc vno igitur inuigila vt virtutum or-  
namēta compares. **T**e igitur oro vt omnes tuos nervos in  
virtutis gloriam extendas. **T**e igitur obsecro vt omnib⁹ vi-  
ribus ad summam dignitatis prestantiā incumbas. **T**e igitur  
vehementissime adhortor vt omni cura:studio:ac vigilā-  
tia ad immortalitatis existimationem insudes.

**T**u alcançaras toda cosa con estudio industria ⁊ diligēcia.

**O**mnia igitur que vis tuo studio consequere. **O**mnia igitur  
que cupis tua industria comparabis. **O**mnia igitur que  
desideras tua diligentia nactus eris. **O**mnia igitur que ex-  
ptas tua virtute perficies.

**P**or la qual yo te amonesto que tu tornes ala virtud. o al  
estudio ⁊ ala sciētia.

**Q**uare ad virtutem censeo reuertere. **Q**uapropter ad stu-  
dia litterarū iudico te debere redire. **Q**uāobrē ad egregias  
bonarū artium disciplinas adhortor te conuertas. **Q**ua de-  
re ad rectā viuendi institutionem te referas moneo.



69

**Exortatio ad virtutes et gloriam.**

**¶** Pues dexada la cōpañia de los malos haz que te acompa-  
ñes con buenos y virtuosos.

Ergo neglecta improborū societate fac te bonis adiūgas.  
Ergo sp̄ta vitiosoz familiaritate officiosos cōplectere. Er-  
go abiecta iperitorū cōsuetudine doctos fac excolas. Ergo  
dimissa sordidoz coniunctione fac liberalibus te adhaereas.

**¶** Yo espero que esta cosa te dara gran looz.

Hanc igitur rem cōfido maximā tibi laudem allaturam.  
Hoc igitur negociū spero amplissimā tibi existimationis cō-  
mendationem prestaturū. Hanc igitur virtutē maxime lau-  
di tibi fore confido. Hanc igitur disciplinam summā tibi di-  
gnitatis amplitudinem parituram mihi persuadeo.

**¶** Pues haz que la fin responda al principio.

Fac igitur vt principis exitus correspondeāt. Fac igitur  
vt primis vltima consentiant. Fac igitur vt anterioribus po-  
strema conueniant.

**¶** Haz que tu hazas ansi virtuosamente como se cree.

Fac igitur vt tua virtus opinioni hominum correspon-  
deat. His igitur virtutum presidis te fac exornes que apud  
omnes virū te maximū efficiant. Effice igitur vt quam spem  
apud omnes concitasti eam clarissimam demonstres.

**¶** Haz aquello que pertenesce a ti.

Fac igitur quod tuū est. Fac igitur quod ad te attinet. Fac  
igitur quod tua virtus de postulat.

**Adhortatio ad virtutes.**

**¶** Haz como tu hazas començado et como deues et sueles.

Perge igit vt agis nomenq; tuū cōmenda immortalitati.  
Tu igit vt instituísti p̄sequere. Sequere igit vt cepisti. Inuigila  
igitur toto animo vt debes. Incūbe igitur vt soles.

**¶** Haz alguna cosa mediante la virtud por la qual tu alcan-  
ces looz et gloria immortal.

Fac igitur aliquid ex ingenio tuo depromas quod homi-  
nes delectet. Aliquid igitur ex industria fac cōponas qđ po-



steros adiuuare possit. Scribas igitur aliquid ex l̄rarū virtute quod nomen tuum reddat immortale.

**E**yo espero q̄ tu reportes del estudio algūa notable virtud.

Nunc autem expecto vt ex studio Bononiēsi aliquid tue virtutis eluceat. Nunc autem operior vt ex tua studiozū disciplina aliquam magnam nominis extimationem reportes. Nunc autem expecto vt ex tuo virtutum officio aliquid celeberrimum exoriatur.

**H**as que tu te hagas mas valiente o esforçado en virtud q̄ jamas fuiste.

Fac in agendo gloria te vincas. Fac igitur in administrādis virtutibus te ipsum superes. Fac igitur in gerendis magistratibus solatijs virtutes tuas excolas.

Adhortatio ad virtutes et gloriam.

**Q**ue fuerça tenga esta cosa tu lo puedes mejor pensar o ymaginar que yo saber la: ni dezir la: o escreuir la.

Hoc quā vim habeat tu potius existimare potes quā ego scribere. Hec res quam facultatem habitura sit tu facili⁹ cognoscere potes quā ego dicere. Hoc negocium quid sibi velit tu melius itelligere potes quā ego te possum admonere.

**T**u miraras esto mejor segun es tu prudencia.

Sed hec tu facili⁹ pro tua singulari prudentia iudicabis. sed hec tu melius pro magna sapientia tua existimabis. Uterum hoc tu prouidentius pro accuratissima tua intelligentia prouidebis.

**N**inguno puede mejor conoscer o saber como y quando estas cosas se deuen hazer y quien las deue tractar que vos.

Sed in his rebus omnib⁹ quid ratio de postulet. causa requirat. tempora ferant tu prouidentius cognoscere poteris. Hec igitur negotia vbi quomodo quādo et per quos tractari debeant nemo melius quam tu prouidere potest. Hec igitur rationes omnes cōmodius tu ex rerum et temporū accessionibus constituere poteris.

Significatio modestie et euitationis arrogantie.



70  
Yo te escrito mucho a la clara confiando me en la amistad que tengo contigo.

Hec ad te scripsi liberius confisus beniuolētia nostra. Hec tecū egi apertius singulari nro amore confisus. Hec tibi plenius significauī spe nostre amicitie pductus. Hec exp̄sius tibi nota esse volui mutua amoris cōiunctione cōmonitus.

Yo te he escrito esto no para que me tēgas por sabio / mas para que conozcas el amor que te tengo.

Hoc igitur tibi scripsi non vt me tibi prudentem ostenderem sed singularem tibi amorem declararē. Hec igitur tibi significauī non vt meū consiliū tuo anteponerē sed vt optimā meā voluntatem patefacerem. Hec tibi nota esse volui nō vt prudentiam ostenderem sed vt ardentissimū meum in te desiderium ostenderē. Quicquid tibi scripsi non egi vt meminerem: sed vt quanta esset mea erga te beniuolētie magnitudo significarem. Quicquid attigi nō feci vt ad hoc te magis incitarem qui diligentissimus es sed vt quanto te amore cōplectar scire posses. Quicquid tibi aperui non eo feci vt tibi consulerem qui nullius indiges monitione: sed vt quanti te facerem intelligeres. Quicquid aspersi non egi vt meum cōsiliū vellem calidum demonstrare sed vt me tibi amantissimum cognosceres.

Significatio modestie consilij  
et euitationis arrogantie.

Yo te escreuire mas largamente quando yo ayre mas tiēpo / o touiere mas espacio.

Sed hec pluribus cum plus ocij nactus fuero. Plura dicam alias cum cōmodiorē scribēdi facultatē habuero. Pluribus tecum agam cum amplior mihi tēporis commoditas suppeditabit. Longiori vtar dicēdi ratione cum maior tēporis oportunitas mihi oblata fuerit.

Yo te auria escrito mas largamēte si el portador o correo no me ouiesse dado priessa.

Plura scripsissem nisi tabellari⁹ festinasset. Plura litteris



missem si mihi per tabellarij festinationem licuisset. Longioribus te litteris visitassem si tabellarius operiri voluisset.  
¶ Perdona me proque te hec escrito breuemente.

Ignosce igitur celeritati litterarum. Parce igitur festinationi epistole. Dabis igitur veniam si litteras celeriter extruxerim.  
¶ Pro hanc finem / o assiacabo.

Sed iam hic finem impono. Finem hic dicendi facio. Sed iam hic modum facio. Non iam in extremo quod sentio.  
¶ Buena con dios / ama me como sueles / o mira por ti / e si e pre te acuerda de ti.


Valebis igitur et me ut semper fecisti adamabis. Recte igitur vale et mutuo nos dilige. Cura igitur ut recte valeas et me tibi coniunctissimum habeas. Fac igitur optime valeas: et mihi mutuo amore correspondeas. Da igitur operam! ut valeas et parum mihi beniuolentiam fac prestes. Te igitur feliciter valere desidero: te ut me alterum esse dicas vehementer exopto. Vale.

¶ Stephanus Fliscus de soncino vir apprimè doctus viam qua celerrime et facillime proficere adolescētes possent qui ad eloquentiam aspirant cogitans: inuenit optimam et apertissimam. Nam quemadmodum ornate et varie diuersi vernacule lingue sermones enunciari valeant: et ad omnes fere elocutionis partes accommodari: ostendit, et ordine in hoc opere digessit. In quo usque adeo studiosi pueri et adolescentes se proficere cognoscant ut paruo tempore si perdiscere et memorie mandare voluerint de posita omni loquendi barbarie eloquentes euasuri sint.

¶ Est autem opusculum presens Complutensi Academia excussum per Michaelē de Eguia / Idibus Octobris anno vero a natiuitate Christi

(1526)

Deo gratias.

















BIBLIOT

Sela

Núm

6



TOLEDO

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reserva*

Número *68*

NEBRI

X.A.

*Res.*

*685*